



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibus, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm Novembris Et Decembris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

solitudo & sui secreta custodiuit, vt nunquam pedem proferret in publicum, nunquam viri nōc-
 silentium. set alloquium: & quod magis sit admirandum, fororem virginem amaret potius
 2. Thef. 3. quam videret. Operabatur manibus suis, sciens scriprum esse: Qui non operatur,
 non manducet. Sponso aut orans loquebatur, aut psallens. Ad martyrum limina
 penè inuisa properabat. Et cum gauderet proposito suo, in eo vehementius exulta-
 bat, quòd se nullus cognosceret. Cumque per omnem annum iugi ieiunio pascere-
 tur, biduo triduoque sic permanens, tum verò in Quadagesima nauigij sui vela ten-
 debar, omnes penè hebdomadas vultu lætante coniungens. & quod impossibile
 forsitan est hominibus ad credendum, Deo autem præstante possibile est, ita ad
 quinquagenariam peruenit ætatem, vt non doleret stomachum, non viscerum cru-
 ciaretur iniuria, non sicca humus iacentia membra confingeret, non sacco asperata
 Solitudinē cutis, foetorem aliquem situmque contraheret: sed sana corpore, anima sanior, soli-
 delicias re- tudinem putaret esse delicias, & in vrbe turbida inueniret eremum monachorum.
 putat. Et hæc quidem tu melius nosti à qua pauca didicimus, & cuius oculis durities de-
 Eius genua genubus camelorū in illo sancto corpusculo præ orandi frequentia obcalluisse peripe-
 in camelorū cta est. Nos, quod scire possumus, explicamus. Nihil illius seueritate iucundius, nihil
 duritiæ ob- iucunditate seuerius, nihil suauitate tristius, nihil tristitia suauius. Ità pallor in facie
 calluerunt. est, vt, cum continentiam indicet, non redoleat ostentationem. Sermo silens, & silen-
 Vestitus eius. tium loquens. Nec citus, nec tardus in cessus: idem semper habitus. Neglecta mun-
 ditates, & in culta veste, cultus ipse, sine cultu. Sola vitæ suæ æqualitate promeruit, vt
 in vrbe pompæ, lasciuia, deliciarum, in qua humilem esse miseria est, & boni eam
 prædicent, & mali detrahere non audeant: viduæ eam imitentur, & virgines: mari-
 tata colant, noxiæ timeant, suspiciant sacerdotes.

SURI
 qber
 nobes
 RVIT
 S

DE S. MARTINO ABBATE SANTONICO-
 RVM, EX D. GREGORII ARCHIEPISCO-
 pi Turonensis De gloria Confessorum
 capitulo 57.

7. Decēbris.

S. Martinus
 monasteriū
 exiuit.

Multa ad fe-
 pulcrū eius
 miracula.



MARTINVS Santonicæ vrbis Abbas, Martini, vt ferunt,
 nostri discipulus, apud vicum vrbis ipsius in monasterio,
 quod ipse post magistri dogmata ædificauit, in pace quie-
 scit. Ad cuius tumulum quædam è pagensibus manus
 contractas deferens, retulit sanas. Alius qui exustis febre
 neruis, poplitibusque intortis gressu caruerat, vt ad sepul-
 crum sanctum prostratus est, nouum robur sumens, ari-
 ditate sublata, incolumis relatus est, multos ipsi dein-
 ceps seruiens annos. Huius sepulcrum Palladius Episco-
 pus cum non valuisset cum multis, opitulante adiutorio
 confessoris, cum quinque Abbatibus mouit, composuit-

que quomodo voluit.